

МОСКОВСКИЙ ГОСУДАРСТВЕННЫЙ УНИВЕРСИТЕТ
имени М.В. ЛОМОНОСОВА

ИСТОРИЧЕСКИЙ ФАКУЛЬТЕТ

ТРУДЫ ИСТОРИЧЕСКОГО ФАКУЛЬТЕТА МГУ
[164]

СЕРИЯ II
ИСТОРИЧЕСКИЕ ИССЛЕДОВАНИЯ

Редакционный совет:

академик РАО, д.и.н., проф. Л.С. Белоусов (сопредседатель);
академик РАН, д.и.н., проф. С.П. Карпов (сопредседатель);
д.и.н., проф. Н.С. Борисов;
член-корреспондент РАН, д.и.н., проф. Л.И. Бородкин;
д.и.н., проф. А.Г. Голиков; д.и.н., проф. С.В. Девятов;
д.и.н. А.Р. Канторович; гл.н.с., д.и.н. Л.В. Кошман;
Н.В. Литвина; д.и.н., проф. Г.Ф. Матвеев;
д.и.н., проф. С.В. Мироненко; к.э.н. С.В. Орлов;
член-корреспондент РАН, д.и.н., проф. Е.И. Пивовар;
д.и.н. А.В. Подосинов; д.фил.н., проф. О.В. Раевская;
к.и.н. Ю.Н. Роголев; д.и.н. С.Ю. Сапрыкин;
член-корреспондент РАН, д.иск., проф. В.В. Седов;
д.э.н., проф. В.В. Симонов; к.и.н. О.В. Солопова;
к.и.н. А.А. Талызина; д.и.н., проф. Д.А. Функ

M.V. LOMONOSOV MOSCOW STATE
UNIVERSITY

FACULTY OF HISTORY

Alexey V. Belousov

**DEFIXIONES
OLBIAE PONTICAE**
(DefOlb)

Mosquae MMXX

МОСКОВСКИЙ ГОСУДАРСТВЕННЫЙ УНИВЕРСИТЕТ
имени М.В. ЛОМОНОСОВА

ИСТОРИЧЕСКИЙ ФАКУЛЬТЕТ

А.В. Белоусов

**КОРПУС ЗАКЛЯТИЙ
ПОНТИЙСКОЙ ОЛЬВИИ**
(DefOlb)

Москва 2020

УДК 94(3)
ББК 63.3(0)321-94
Б43

Печатается по решению Ученого совета
исторического факультета МГУ имени М. В. Ломоносова
от 4 сентября 2019 г. (протокол № 6)

Рецензенты:

доктор исторических наук, профессор *С. Ю. Сапрыкин*
(МГУ имени М. В. Ломоносова);
кандидат исторических наук *А. Д. Пантелеев* (СПбГУ)

Белоусов, А. В.
Б43 Корпус заклятий понтийской Ольвии (DefOlb) = Defixiones Olbiae Ponticae (DefOlb). — Москва : Издательство Московского университета, 2020. — 194, [2] с. : ил. — (Труды исторического факультета МГУ. Вып. 164. Сер. II : Исторические исследования. 103).

ISBN 978-5-19-011532-1

В книге представлен полный свод магических надписей (defixionum tabellae) древнегреческого города Ольвии, располагавшегося в Северном Причерноморье. Надписи публикуются систематически и в хронологическом порядке с подробным историко-филологическим комментарием.

УДК 94(3)
ББК 63.3(0)321-94

© Белоусов А. В., 2020
© Белоусова А. В. (дизайн, верстка), 2020
© Исторический факультет МГУ, 2020
© Издательство Московского университета, 2020

ISBN 978-5-19-011532-1

Dis Manibus Sergii R.f. Tochtasjev

СОДЕРЖАНИЕ

PRAEFATIO	ix
ПРЕДИСЛОВИЕ.....	xiii
СОКРАЩЕНИЯ	xvi
СПИСОК ИЛЛЮСТРАЦИЙ.....	xix
ВВЕДЕНИЕ	xxii
ПАЛЕОГРАФИЧЕСКИЕ ТАБЛИЦЫ	xxix
ПРИНЦИПЫ ИЗДАНИЯ.....	xxxii
NOTAE	xxxiii

КОРПУС ЗАКЛЯТИЙ ПОНТИЙСКОЙ ОЛЬВИИ

I. SERIES PRIMA. Nomina deuotorum leguntur sola	2
1.	2
2.	8
3.	13
4.	16
5.	20
6.	27
7.	32
8.	35
9.	38

10.	41
11.	45
12.	50
II. SERIES ALTERA. Nomina deuotorum et membra corporisque eorum et vis leguntur	
13.	56
III. SERIES TERTIA. Nomina deuotorum et personarum aliorum, membra corporisque eorum leguntur	
14.	62
15.	67
16.	72
17.	76
IV. SERIES QVARTA. Nomina deuotorum leguntur et deuouendi uerbum.	
18.	82
19.	91
20.	103
V. SERIES QVINTA. Similia similibus	
21.	114
VI. SERIES SEXTA. Dubia et spuria	
22.	127
23.	130
24.	134
25.	136
ГРАММАТИКА ОЛЬВИЙСКИХ DEFIXIONES	138
БИБЛИОГРАФИЯ	145
INDICES	155

P R A E F A T I O

Tacitus nobis rem iam satis notam narrat in Annalibus suis:

II 69: At Germanicus Aegypto remeans cuncta quae apud legiones aut urbes iusserat abolita uel in contrarium uersa cognoscit. hinc graues in Pisonem contumeliae, nec minus acerba quae ab illo in Caesarem intentabantur. dein Piso abire Syria statuit. mox aduersa Germanici ualetudine detentus, ubi recreatum accepit uotaque pro incolunitate soluebantur, admotas hostias, sacrificalem apparatus, festam Antiochensium plebem per lictores proturbat. tum Seleuciam degreditur, opperiens aegritudinem, quae rursus Germanico acciderat. saeuam uim morbi augebat persuasio ueneni a Pisone accepti; et reperiabantur solo ac parietibus erutae humanorum corporum reliquiae, *carmina et deuotiones et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum*, semusti cineres ac tabo obliti aliaque malefica quis creditur animas numinibus infernis sacrari. simul missi a Pisone incusabantur ut ualetudinis aduersa rimantes.

Hic eloquentissimum ex omnibus voluminibus antiquis testimonium de tabulis plumbeis habemus¹, quae ab initio XIX saeculi in omnibus regionibus pristini orbis antiqui inuenire archaeologi incipiebant. Ecce iam in fine XIX saeculi, saeculo XX insequenti in lucem duo corpora defixionum antiquarum emissa sunt. Saeculum XX cum suis instrumentis ad metallum inquirendum haec monumenta inventa decies auxit et nostra etiam aetas hic, Romae, e fossionibus archaeologicis in platea Euclidis factis, numerosa et miranda magiae antiquae documenta et vestigia in fonte Annae Perennae olim posita vidit. Nunc his An-

¹ Cf. Taciti *Ann.* IV 22: mox Numantina, prior uxor eius, accusata iniecisse *carminibus et veneficiis* vaecordiam marito, insons iudicatur; IV 52: At Romae commota principis domo, ut series futuri in Agrippinam exitii inciperet Claudia Pulchra sobrina eius postulatur accusante Domitio Afro. is recens praetura, modicus dignationis et quoquo facinore properus clarescere, crimen impudicitiae, adulterum Furnium, *veneficia* in principem et *deuotiones* obiectabat.

nae Perennae fontis defixiones et alia monumenta mirifica separatum angulum in Musaeo epigraphico Thermarum Diocletiani non immerito habent.

Cum de defixionibus viri docti loquuntur, parvulas laminas rectangularares e plumbo confectas respicere solent, sed multa monumenta ante oculos nostros ponunt defixiones non tantum in plumbeis tabellis sed etiam in ostracis fictilibus insculptas esse. E papyris magicis dictis scimus nihil obstitisse ne incantationes huius generis in papyro fierent. Papyri illae magicae Graecae commendant ut istae devotiones aut Graece vocatae καταδεσμοί in sepulchra mortuorum praematurorum vel immaturorum (qui Graece ἄωροι et βιαθάνωτοι vocabantur) supponantur. Defixiones quoque in aquae fontes aut in puteos iaci poterant. Assidue archaeologi haec testimonia affirmant. Vt exemplum proponam, Athenis in coemeterio agri Ceramicum, ubi in universum ultimis temporibus magis quam septuaginta defixiones inventae erant, in nonnullis singularibus sepulchris, praecipue in necropoli puerili, non minus denae defixiones repertae sunt. Aliquot annis antea in pluteo quodam eiusdem coemeterii magis quam triginta defixiones effossae sunt. Satis saepe defixiones convolutae aut complicatae et insuper clavo defictae inveniuntur, unde et nomen horum monumentorum est tabellae defixionis vel defixionum, quamquam Tacitus de devotionibus scripsit.

Quid ad scripta in eis attinet, ut paucis dicam, in summa nomina devotorum hominum, quos defigens veneficus ligare et immobiles facere vult. Haec nomina adversariorum in lite, nomina amasiarum, uxorum et liberorum, inimicorum et vicinorum, etiam nomina sessorum et eorum equorum. Inscriptio maior fieri potest, exempli gratia cum verbo devovendi: καταδῶ, καταγράφω, ἀνατίθημι etc. aut Latine *defigo, ligo, alligo, obligo, dedico, demando, adiuro* etc. Hic et plura singula invenire possis sicut enumerationem membrorum corporis defictorum hominum: linguas, manus, brachia, crura et pudenda; porro comparationis formulas, quae "similia similibus" vocantur; denique nomina et ἐπικλησεις deorum variorum plerumque quorum qui ad regnum Plutonis quodammodo pertineant, et quorum nunc homines deficti sacri sunt. In recentissimis tandem defixionibus aetatis imperii Romani multitudinem vocum magicarum et praecipua signa, quae χαρακτήρες apud viros doctos rerum magicarum Antiquitatis peritissimos vocantur. Defixiones, quas hodie novimis multis variis linguis sicut Graeca et Latina, Punica et Tusca, Osca et Aramaica et ceteris nonnullis sunt conscriptae.

Inter multos titulos magicos orae septentrionalis Ponti Euxini, quos nunc magis quam septuaginta novimus, defixiones in laminis plumbeis et in ostracis fictilibus in toto circa quadraginta sunt. Nonnullos iam annos his omnibus defixionibus Ponticis studeo et peto ut tandem corpus absolutissimum illorum monumentorum conficiam, eorum quidem, quae Olbiae et in viciniis sunt reperta. Hac in re magno mihi est impedimento quominus metam cernam hac in regione singulis annis novas defixiones e terra erui a furibus, qui novissimis apparatis ad metalla inquirenda instructi, totum annum archaeologis legitimis absentibus hanc terram fodiunt, antiquitates inveniunt et peregre vendere co-

nantur. Ne documenta antiquitatis nova in incerto maneant, in obscuris thesauris virorum divitum Europae et Americae iacentes, semper atrahi labore cum his defixionibus cogor. Nihilominus corpus omnium defixionum orae septentrionalis Ponti Euxini quondam lucem visurum esse spero.

Olbia Pontica re vera urbs mira et admirabilis est, civitas Graeca antiqua, quae fere uno quoque anno monumenta maximi momenti et inaestimabili pretii, testimonia vitae antiquorum Ionum in ora inhospitali Ponti Euxini, nobis profert. Praeter alia monumenta archaeologica Olbia inter omnes amatores sacrosanctae antiquitatis et viros doctos suis inscriptionibus Graecis, decretis publicis et plebiscitis, epistulis privatis et dedicationibus est notissima. Epigraphia magica Olbiae est aliquid, quod maxime animos peritorum cultus antiquorum excitat. Vestras animas intendere velim ad nonnullas defixiones Olbiopolitanas, quae in ostracis fictilibus et pateris V–IV saeculorum ante Christum natum confectae in regione Olbiae variis temporibus repertae erant. Res agitur de quattuor devotionibus, quae formam rotundam habent². Hoc est mirum, ergo quaestio mihi ponenda est, utrum haec forma usu Graecorum sit recepta an non. Ut melius hoc cognoscamus, necesse est haec monumenta in connexu et artium magicarum Graecorum et praecipue illarum, quae ad defixiones perficiendas attineant, imponantur.

Ipsa forma rotunda non est aliquid mirum in arte magica veterum. Praeceptum notissimum defixionis praeparandae, quod in papyro magica Graeca invenimus, ubi forma rotunda non minoris momenti est, nobis bonum exemplum praebere potest. Nimirum ritus magicus aetatis Romanae, quem nobis papyrus praesentat, aequandus non est nostris defixionibus Olbiopolitanis, sed nihilominus, ut videtur, circulo ipsi vim aliquam in artibus magicis antiquorum multis annis antea tributam esse et usque ad aetatem tardam mansisse. Alicuius est momenti, vim illam circuli partem non minimam in ritu defixionis efficiendae agere. Nonnulla alia monumenta magici cuiusdam generis ex Olbia quoque hanc formam rotundam habent, eandem etiam dedicationes Achilli Pontarchae, qui maximi momenti deus Olbiae et in eius regione fuit, quae in promunturio Beicusch erutae erant, habent. Difficile dictu, scilicet, omnia haec monumenta, praecipue ea, quae titulos non habent, pro certo magica esse, quamquam tamen potius nempe magica sunt.

Mea quidem sententia, haec forma defixionum in Oriente orta est et inde in orbem Graecum venit. Utcumque res se habet, proximae nostris pateris Olbiopolitanis, praeter iam supra dictas, sunt paterae cum Aramaicis incantationibus. Coniunctione et societate cum terris orientalibus Graeci inde ab antiquissimis temporibus utebantur, licet ergo arbitrari, ut supra proposui. Forma rotunda et linea tortuosa inscriptionis magicae omnino partem gravem in artibus magicis veterum et novorum agebant et continuo agunt.

² Nos. 1, 6, 18, 20 apud nos.

Defixiones incredibili modo nostram scientiam litteraturae Graecorum et linguae et peculiaritatum cultus ritusque augent. Difficile est atque nimis magnum pretium proponere his monumentis una cum epistulis privatis et tota multitudine inscriptionum in instrumentis domesticis incisarum ad historiam linguae inquirendam, nam tituli publici oppidorum Graecorum semper formas sancta vetustate inauguratas servare conantur simulac monumenta epigraphiae parvae, quae dicitur, facilius nobis parvas mutationes vocales cernere et commutationes morphologicas persequi sinunt. Praetereo id, quam multum nomina hominum, in defixionibus inscripta, in prosopographia restituenda atque historiae humanae oppidorum Graecorum valent. Ceterum satis est mihi loqui de ea, quae omnibus vobis est manifesta. Maioris est momenti intellegere, qua re studium artis magicae veterum mihi ipsi, huic homini singulo, qui in initio mores probos supra alia omnia in studiis humanitatis statuerim, usui esse possit.

Magia est ars quaedam, quae sine ulla dubitatione societati humanae inimica est, nam haec ars ius quoddam singulare Scientiae singularis obtinendae membro singulo huius societatis praebet. Ista Scientia et Doctrina, haec, ut ita dicamus, γνῶσις sempiterna, homini quasi ianuam in posteriore parte domus deorum aperire potest. Tale ius, quod singulum homuncionem in talem altitudinem evehit, ubi ei iam alios homines ita negligere et se supra ceteros imponere atque omnino alius oblivisci licet, ut alios ceteros quasi pilas homines habeat. Mirum est, sed magia antiqua, et potius studium eius doctum nos docet ut consulto longissime ab eis hominibus peritissimis singularium rerum nos tenere, quos et Italia et Rutenia et Germania et Francogallia et aliae multae terrae satis superque in praeterito saeculo viderunt. Nec casu, ut opinor, accidit, ut Romani antiqui magiam etiam veneficium appelarent. Et nunc timeo ne non historicus verus esse videar, si adnotabo hoc vocabulum ad magiam describendam atque definiendam rectum esse, nam magia cum sua Scientia singulari et peculiari venenum mortale omni societati hominum probis et simplicibus moribus est, qui concupiscentiam Scientiae singularis primum gradum ad violentiam esse, quamvis hic gradus tantummodo, ut sic dicam, symbolicus sit. Nomina hominum defixorum in laminis Olbipolitanis insculpta ductu litterarum inaequali aspiciens ego semper de una quaque victima huius insanissimi venefici cogito et fit, ut isti amentes magi his ipsis documentis confectis me docent hominem esse, cui interdum evenit ut in simplicissima re aliquid singulare inveniam. Ecce exempli gratia in nomine.

Decem fere annos corpus hoc defixionum Olbiae Ponticae praeparandum a me postulavit, nunc tamen mihi restat, ut hunc libellum collegis, quos me prudentiores pro certo habeo, non inutilem esse videri sperem.

Alexius V.f. Belousov

Lutetiae Parisiorum scripsi
A. d. IV Id. Apr., anno MMXIX

ПРЕДИСЛОВИЕ

Мысль о том, что сборник магических надписей Северного Причерноморья был бы очень полезен всякому, кто посвящает свои ученые разыскания классическим древностям Эвксинского Понта, и к тому же интересуется греческой религией, пришла мне в голову более десяти лет назад. Первоначальным моим замыслом было собрать воедино вообще все северопонтийские эпитафические и анепитафные памятники, которые считаются моими коллегами «магическими», и, создав для всех них ясную классификацию, а также снабдив их комментарием и указателями, издать такой всеобъемлющий, или, по крайней мере, претендующий на определенную полноту корпус всей причерноморской греческой магии. Как и следовало ожидать, по мере погружения в тему я постепенно отказался, сперва, от анепитафных памятников, затем от совсем непонятных надписей, и, наконец, решил ограничиться только ольвийскими заклятиями.

Эта работа началась с исследования архаических и раннеклассических эпитафических документов Ольвии благодаря двухмесячной стипендии *Fondation Hardt pour l'étude de l'Antiquité classique* осенью 2011 года и продолжилась затем в 2013 году в Университете Эрфурта (DAAD), где мне удалось, наконец прийти к тому плану корпуса, который читатель видит перед собой. Основная часть книги была написана мною в Париже во время постдокторантуры в лаборатории *Archéologie et Philologie d'Orient et d'Occident* (l'UMR 8546 AOROC) в Высшей нормальной школе в 2014/2015 г., а закончена в апреле 2019 г. в институте *Anthropologie et Histoire des Mondes Antiques* (l'UMR 8210 ANHIMA).

Книга эта никогда бы не была мною закончена, если бы меня на протяжении всей работы над нею не поддерживал Сергей Ремирович Тохтасев (1957–2018), который внимательно прочел ее первый вариант в 2016 году и избавил меня от многих ошибок. С.Р. Тохтасев и Александру Аврам – два человека, которые все это время вдохновляли меня не только конструктивной критикой моей работы, но и своими собственными трудами.

Александр Аврам, кроме того, любезно согласился очень внимательно прочитывать финальный вариант, написанного по-русски, корпуса и сделал множество конструктивных замечаний к тексту. Разумеется, за ошибки, которые в книге все-таки остались, несу ответственность лично я.

Я обязан поблагодарить невероятное множество коллег, которым я признателен за помощь в самых разных вопросах. Александр Васильевич Подосинов, подобно родному отцу, поддерживал меня на протяжении всего труда, не говоря уже о том, что часть Эрфуртского периода жил со мною по соседству, неустанно приободряя и заряжая своим неиссякаемым оптимизмом. Аскольд Игоревич Иванчик помогал мне рекомендациями в разнообразные заграничные институты и советами. Мои университетские коллеги и друзья никогда не отказывали мне в помощи, будь то просьба прислать нужную книгу, или просьба «прикрыть» на службе. Всем им моя бесконечная благодарность. Некоторым моим зарубежным коллегам я обязан так, что, кажется, никогда не смогу их достойно отблагодарить. Без Анки-Кристины Дан я бы никогда не оказался в Высшей нормальной школе, год пребывания в которой меня научил едва ли не больше, чем пять лет в Университете. Без ее настойчивости и энтузиазма, я бы никогда не осмелился сам ходить в Высшую школу практических исследований, и не посещал бы целый год семинаров по греческой эпиграфике, диалектологии и папирологии. Мадалине Дане, которая одновременно со мной готовила корпус греческих писем на свинце и керамике, и с которой поэтому я был счастливо обречен общаться и обмениваться информацией, книгами и статьями, я обязан непередаваемо приятным моментам нашего сотрудничества, а также тем, что получил возможность дописать-таки свой корпус в Париже.

Наконец, я хочу сказать от всего сердца большое спасибо за ту или иную помощь в моей работе следующим людям: А.В. Белоусовой, Д.А. Белоусовой, Каю Бродерзену, Дану Дана, Мартину Дрееру, Лорану Дюбуа, Наташе Массар, Луиджи Миралья, Вернеру Рису, Дэни Руссэ, С. Андреевой, Г.С. Беликову, И.В. Бруяко, А.В. Буйских, А.Ю. Виноградову, Н.А. Гаврилюк, А.С. Егорову, Л.Г. Елисеевой, Д.В. Г.Р. Цецхладзе, Журавлеву, В.В. Зельченко, Е.В. Илюшечкиной, С.П. Карпову, М.И. Касьяновой, М. Климовой, А.О. Корчагину, Ю. Кузьмину, А.А. Ивлеву, Н.Н. Казанскому, В.В. Куртову, И.А. Макарову, А.М. Маломуд, В.Г. Мостовой, В.И. Назарчуку, Н.А. Павличенко, М.В. Поваляеву, А.С. Русяевой, Стивену Сааведра, С.Ю. Сапрыкину, М. Трофимовой, М.Ю. Трейстеру, И.И. Тучкову, Н.Ф., Федосееву, Е.Ю. Чепель и, конечно, всем участникам, древним и новым, Эпиграфического семинара кафедры древних языков исторического факультета МГУ имени М.В. Ломоносова. Разумеется, эта книга никогда бы не была написана вне теплой и дружественной атмосферы, созданной моими коллегами по кафедре древних языков исторического

факультета МГУ и кафедре классической филологии РГГУ. Я искренне благодарен также А.С. Русяевой за разрешение воспользоваться ее фотографиями и прорисовками, а также Одесскому археологическому музею и Государственному Эрмитажу за предоставленные качественные фотографии и разрешение их опубликовать.

А.В. Белоусов

10 апреля 2019 г.
Париж

Научное издание

БЕЛОУСОВ Алексей Владиславович
КОРПУС ЗАКЛЯТИЙ ПОНТИЙСКОЙ ОЛЬВИИ (DefOlb)

Дизайн, верстка *А. В. Белоусова*

Подписано в печать 19.08.2020. Формат 70×100/16. Бумага мелованная. Уч.-изд. л 8,28. Усл. печ. л. 15,93.
Тираж 300 экз. Изд. № 11631. Заказ № 5378.



ИЗДАТЕЛЬСТВО
МОСКОВСКОГО
УНИВЕРСИТЕТА

119991, Москва, ГСП-1, Ленинские горы, д. 1, стр. 15
(ул. Академика Хохлова, 11).

Тел.: (495) 939-32-91; e-mail: secretary@msupress.com

<http://msupress.com>

Отдел реализации.

Тел.: (495) 939-33-23; e-mail: zakaz@msupress.com

Отпечатано в типографии ООО «Красногорский полиграфический комбинат». 115093, г. Москва.
Партийный пер. д. 1, корп.58, стр.3. пом.1. ком.7